intentum præfacti actus Curiæ, tum in Rubrica sensum perfectum habente (quæ potest allegari ad *decissionẽ Mascar. de statu interpretat. concl. 2. nu.* 169. & 197. & 198.) tum etiam in nigro esse, recursum ad dominum Regem penitus tollere, quod etiam probat actus Curiæ, *item que en las causas, fol.* 60. & consonat elegans sententia, *Rami. in tracta. de lege Regia*, §. 15. *nu.* 9. vbi agens de iurisdictione Diputatorum, dixit, *& circa ea quæ eorum muneri incumbunt, ita liberam habent iurisdictionem, vt annullo superiori Magistratu impediri, vel eorũ quæ ipsi decreuerint, executione, manifestatione, appellatione, vel firma, suspendi valeant*, vbi appellatio, & recursus ad superiorem (qui nõ potest ex dictis esse dominus Rex, nec Curia) solum deuoluit, non suspendit.

¶ Sed mouent non leue dubium, illa verba, *saluo iure retractationis*, in fine posita, quæ appellationem non esse sublatam, non leuiter persuadent, cum aliter retractatio accidere non posit, quam mediante appellatione, vel recursu, quæ quidem clausula antiquorum turbauit sumopere ingenia; vt refert *Sesse de inhibi. c. 3. §. 2. nu.* 5. Quare *Portol. in verbo Diputati, n.* 34. & 35. sublatum esse recursum ante executionem sententiæ Diputatorum, non verò post exceptu causa fraudum, quæ ante, & post executionem sententiæ, dicit recursum esse sublatũ, affirmans, quod ex vsu, & praxi, sententia Diputatorum in materia fraudis lata, neq. per ipsos Diputatos, nec per eorum successores, nec per iudicem alium retractari potest. Hæc tamen sententia extra fraudis casum ex diametro opponitur sententiæ Petri Ludouici Martinez in hac allegatione, & generalitati actus Curiæ, *item que en las causas, fol.* 60. & actu Curiæ, *tit. que los Diputados en las causas que conocer pueden, no aya apelacion*, cuius vltima verba, ibi: *Saluo iure retractationis*, non suadent sententiã Portolesij, vt retractatio posit fieri, apud dominum Regem, vel Curiam Iustitiæ Aragonũ, quia hoc esset nihil disponere, reseruatioq. esset contraria dispositioni, Num. 17

ni, seruiretq. deuento dispositio fori, quod dicendum non est; cum reseruationis actus confessi, ea sit natura, vt in nihilo possit effectum habere, in quo essentia, aut consistentia actus laudati læditur confunditur, aut contrariatur alioquin statim correctio sequæretur, & principalis dispositio innutilis redderetur; vt decisiuè tenet vidēdus *Grat. discep. for. 793. n. 8.* pulchrè *Menoc. cons. 115. n. 37. vsq. ad 44. Bez. cons. 34. n. 23.* quos cum alijs, contra reseruationē pro validitate actus ponderaui in hac Regia Audientia, in processu executricis legati Petri del Rey, cōtra reseruationē factam à domino directo suorum iurium, in quadam loatione adhibita in impositione tributi; ab vtili domino impositi, in qua causa obtinuit dispositio contra reseruationem, ex prædictis locis; & ex *Rot. per Mant. 332.* cum alijs per me in prædicta causa allegatis, quibus accedit processus appellationis Hieronymi de Aldas, vbi idem sensit hęc Reg. Audientia, hoc eodem mense, paucis retro diebus.

Num. 18. ¶ Quo fit prædictam clausulam reseruatiuam retractationis, sic necessario esse cohibendam, ne ad specialiter disposita in dicto actu Curiæ extendatur, quamuis verbis generalibus sit facta, vnde cum ex sententia Petri Ludouici Martinez, non sit simpliciter recursus ad superiorem ad Curiam, scilicet & dominum Regem sublatus, sed tantum ad dominum Regem solum, & Curiam Iustitiæ Aragonum reseruatiua clausula, retractus ad recursum ad dominum Regem, vel Curiam Iustitiæ Aragonum; non poterit referri, ne lædatur principalis actus Curiæ dispositio, sed refertur ad recursum superioris, vel ad recursum ipsorū Diputatorum (qui annullata sententia iterum possunt de causa cognoscere; iuxta eleganter tradita à *Siria in quæst. forens. quæst. 16. n. 11.*) ex rationibus consideratis a *D. R. Sesse, in tracta. de inhib. vbi sup. num. 5. vers. nam licet.* Cuius opinio in n. 7. mihi magis placet, minusq. discedit ab hanc, quam ex Martinez defendo opinionem; quatenus negat recursum in omnibus casibus tangētibus generalitates Regni, licet non

sint

sint fraudũ, & ad illa verba , dicti Actu Curiæ , ibi : *saluo iure retractationis*, respodit coditionaliter sic, *si quod competit alias non*; & meritò, quia reseruatio nihil tribuit de nouo, sed ius conditionaliter, si quod est reseruat, *Tusc. to. 6. lit. P. conc. 243. Surd. decis. 163. num. 17. Manent. decis. 1. num. 6. Ludouis. decis. 85. num. 12. idem Manent. decis. 129.* quare in vim dictorum actum Curiariũ, in nu. 9. tenet non dari huiusmodi recursum a sententijs Diputatorum, nõ solum in casibus frauduum, sed in casibus generalitatum, de quibus locuntur prædicti actus Curię , ibi: *En las causas que los Diputados pueden conocer*, & ibi: *En los casos que los dichos Diputados por Fuero, Actos de Corte , o por las presentes Ordinaciones conocer pueden*, quoad vtrumque effectum suspensiuum, & deuolutiuum, licet de consuetudine detur recursus, quoad effectum deuolutiuum in causis quæ non sunt fraudum.

¶ Hæc autem consuetudo, salua Senatus censura, ius non potuit præstare, vt posit haberi recursus ad dominum Regem, vel Curiam Iusti. Arago. solum. Primo, *ex tex. expressu in c. 2. de consuetud. in 6. vbi latè Narbona, & dixi supra in glo. sub lit. E.* quæ hic necessario repetenda sunt. Secundo, quia prædicti actus Curiæ, *item que en las causas, fol. 60.* & actus Curiæ, tit. *que los Diputados en las causas que conocer pueden, no aya apellacion, fol. 74.* continent geminatam dispositionem prohibitiuam, cuius principalis effectus est reddere actum in contrarium nullum, & tollere omnem potentiam, l. *nemo potest de leg. 1. l. non poterit, ff. de furtis, c. 1. & ibi glos. de reg. iur. in 6. Tiraq. de ll. connub. glo. 2. num. 2. Menoch. cons. 217. n. 2. Mascard. de stat. interp. concl. 9. n. 16. Bertaz. cons. crim. 541. nu. 7.* ad consuetudinem introducendam, consuetudo, namq. cõtra legem est formanda, ex actuũ repetitione, *Bald. in l. de quibus, nu. 21. ff. de lib. Alex. cons. 139. n. 18. vol. 2. Ias. in l. quo minus, ff. de fluminib. Abbas, in cap. ex parte, n. 7. de cons. prabend.* actus vero contrarij legi prohibitiuæ ipso iure sunt nulli , & nullam habent poten- Num. 19

tiam, *ex Tiraq. vbi sup.* ergo ex illis nulla potest formari consuetudo, & signanter procedit hæc resolutio ratione iuramenti præstiti per dominum Regem, qui habet vim litis contestationis: *l. nam & postea, §. si is qui temporali, & ibi DD. ff. de iur. iurand. Grab. de statut. concl. 11. nu. 2.* & interpellationis continuè, & successiuè, *Thesaur. decis. 270. n. 12. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 47. nu. 1. Anton. Monach. decis. 8. n. 10.* & licet *Mol. in verb. consuetudo*, admita cõstumbre inmemorial contra foros non intelligitur eius doctrina in foris prohibitiuis, ex supradictis, poterit tamen introduci cõsuetudo in casibus, in quibus Diputati possunt cognoscere ex consuetudine sola, cuius ratio in co stat, quia de istis casibus actus Curiæ prædicti, non locuntur, sed in casibus in quibus secundum foros, aut actus Curiæ possunt cognoscere, vt constat ex actu Curiæ, tit. *que los Diputados en las caus. &c.* & licet actus Curiæ, *item que en los casos*, non ita discretè loquatur in actibus a foris, & actibus Curiæ expressis, est tamen intelligendus cum illo actu Curiæ, nam vna lex per aliam debet declarari: *pluribus relatis Mascard. in tract. de statut. interp. nu. 110. cum plurib. seqq.*

Num. 20 ¶ Nec in contrarium mouet nouissimus actus Curiæ, *tit. de la jurisdiccion de los Diputados, anni* 1626. ibi: *Que en las causas que ay apellacion, y recurso de las sentencias que de aqui adelante dieren los Diputados, en las cosas concernientes a su jurisdiccion; tan solamente las tales sentencias tengan efecto deuolutiuo, y no suspensiuo*, nam huiusmodi actus Curiæ non disponit, quod a sententijs Diputatorum possit appellari in casibus, in quibus secundum foros, & actus Curiarum possunt cognoscere, sed solum præsuponit dari causas, in quibus ab ipsis Diputatis licet prouocari, hoc tamen præsupositum nihil probat, nam lex vnum suponẽs, & aliud disponens, nihil disponit in præsuposito, ex Pontificio, & necessario iure. Ex Pontificio probat *tex. in cap. si Papa de priuil. in 6. c. si sumus de senten. excom. c. 1. in fin. de præbend. clemen. 1. de probationibus.* Ex iure ciuili, *tex. in l. ex*

facto

facto la primera de hæred.instit.l.siquis ita instituatur, cum glos.ibi l. Lutius la segunda, cum glos.ibid.ff.eod.l.potest, cum l.seq.ff.de vulg.& pupilar, l. generaliter in prin. vers. cum enim, C.de insti.& subst.l.iubemus, vers.in retinenda, C.ad Senat. Cons.Trebelia, l. ex facto, ff. eod. ex quibus iuribus quando lex aliquid suponit, non potest pro præsuposito allegari ad decisionẽ causarum, *Roma.cons.134.vbi apostil. magna, in vers. dispositio*, & plenius idem *Rom. cons. 191. vbi apostil.in verb.non inducit, Ias.in l.1.in 2.lectur. nu.33. de Sacros. Eccles. Tusch. lit.L. concl. 274. Alex. cons. 82. nu.12.vers.sed verba legis, lib.3.idem Tusch.lit.V. conc.81. & 82.Grat.to.2.discep.for.c.201.nu.90.Surd.decis.282.n.9. Genua.de enunt.verb. lib.2. q.5. per totam, eleganter Alex. vidend. cons. 185. per tot.* sicq. præsupositum dicti actus Curiç, intelligendum est, ne sit cõtrariũ alijs actibus Curiæ, in alijs casibus, siqui sunt, in quibus ex consuetudine Diputati, possunt cognoscere, de quibus infra nũ.   in his enim nata est iurisdictio, simul cum recursu, qui non potest haberi in casibus a foris, & actibus Curiæ expressis.

Vltra supradicta de origin. Diputatorum, *vidend. Barda.de officio Diputat.in rub.nu.1.& 2.* Num.21 R

Cum Diputati officium versetur, circa tria. Primo, quia sunt Procuratores Regni, quatenus se constituũt actores, & accusatores, in casibus expressis a foris, & actibus Curiæ. Secundo, sunt administratores bonorum Regni, quatenus eis ab actibus Curiæ, & foris est commissa administratio. Tertio, iudices in casibus Generalitatuum, & aljis per foros, & actus Curiæ dispositis, ex eo venit dicendum, esse Diputatos administratores bonorum, & iustitiæ circa generalitatuum Regni, *Loseus in tract. de iur. vniuer.p.1. c.3. num.3. Ramir.§.15.a num.7.cum seq.* Num.22 S

Non solum vniuersitatis administratores, sed omnes tenentur reddere rationem administrationis, iuxta illud Euangeli redde rationem vilicationis tuæ, vt habetur *in c.qualiter, & quando, col.2.extra de accusat.* & *sunt iura in tutoribus,* Num. 23 T

ribus, d.l.1. & *toto tit. C.arbitrium tutelæ.* In curatoribus, *l. Aduersus, l.rationes, C.de administr.tutor.* In negotiorũ gestoribus, *l.2.* & *ibi Bart.ff.de nego.gestis.* In procuratoribus ad lites, & negotia, *l.si remunerãdi, C.si procuratorẽ, §.1.ff. mand.* In executoribus testam. *c.tua nobis, extra de testam.* In executoribus sentẽtiarum, *l.executorem, C.de execu.rei iudicatæ.* In executoribus ad lites, *§.vltim.cum glos.institu. de autor.tutor.* In hęredibus grauatis per fideicommissum, in seruis, socijs, in fratre qui existens, in communione cum fratre administrauit bona cõmunia, & in patre gerente negotia filij; latè prosequitur. *Loseus d.p.3.cap.vlti.a num.2. vsq.ad 14.*

Num.24 V *Idem Loseus in d.3.p.c.vlt.nu.21.* cum enim non requiratur alia cognitio, nisi computatio rationis, meritò potest proferri sententia contra tales officiales pręteritos, etiam absentes, *Peregr.in tract.de iur.fis.lib.6.tit.7.num.6. Hiero. de Mont. in tracta.finium regand.c.32.nu.6.*

Num.25 X Ergo idem dicendum est, de iurisdictione Illustrissimæ Congregationis, cum illius Tribunal, sit ęrectum, & creatũ ab ipsa Curia generali, cum ęquali iurisdictione, vnde meritò ab eius declaratione DidacusSanez de Villanueua prouocare non potuit.

Num.26 Y Item in redditione rationum venit omne illud, quod ipsi Administratores, & officiales negligentes, ommisserunt, aut dolo commisserunt in damnum Regni, cum hac distinctione, quod si condemnantur ex negligentia sola, tenentur ad sortem dumtaxat, non verò ad vsuras, iuxta tex. *in l. vni.* & *ibi Bart.C.de his qui ex officio, quod administr. conueni. lib.11.l.vltim.in pro.ff.de administ.rerum ad Ciuit.pertinen. l.21.§.Paulus, respondit ad municipalem, Osasc.decis.109. num.8.Loseus d.3.p.c.vlt.nu.34.* & *36.* Si verò dolo delinquunt in administratione ipsi administratores, & fideiussores, tenentur cum vsuris ad sortem, & non solum ad vsuras vsurarum, & ad vsuras centesimas, sed inquadruplum puniuntur, *Bor.nin.decis.26.nu.64.Cast.alleg.4. Loseo d.3.p.c. vltim.nu.38.* & *34.* Hoc

Hoc fundamentum militat, etiam in materia refactionis, quemadmodum, enim calculũ, & redditio administrationis rationum, nõ potest dari dño Regi soli, quia dominus non est: pariter, nec potest refactionem facere conductori generalitatuũ, ex pecunijs ipsius Regni, quia earũ nõ est dñus Rex, sed ipse & Regnũ; ergo ex eadem ratione cognitio refactionis ex eius intrinseca, & essentiali ratione (vt infra dicã nu.) priuatiuè pertinet ad Regem, & Regnũ, vel ad eorũ delegatũ, ita vt quemadmodum, ex hac ratione, a computatoribus non licet prouocari, minus ab Illustrissima Cõgregatione, cuius in hac materia, vt incidente, & emergente, arrendationis, iurisdictio suprema est, & ęqualis ei, quam simul habent Rex, & Regnum, vt constat ex actu Curiæ, tit. *de la declaracion, y aplicacion de arbitrios*, vers. *y para poner en execucion*, vers. *dando*, & vers. *y para lo sobredicho*, è *infrascripto*, vt sic interdicta sit appellatio, & recursus. Num. 27 Z

Iuxta *tex. in l. formam, C. de offi. præfect. prætor. c. cum inferior de maior, & obedientia, Clementina Romani de elect. glos. verb. mand. in clement. sæpe de verb. signi.* Num. 28 AA

Ex *l. illa a quo, §. tempestiuum, ff. ad Trebell. nam & magistr. circa l. antecedenti, §. fin. ff. de arbit. cap. literas, de rest. Spoliat. c. super eo de vsur. Surd. cons. 558. nu. 2.* Num. 29 BB

Istud antecedens, cum sua consequentia, sine dubio potest formari in fauorem iurisdictionis Illustrissimę Congregationis, vt constat ex actu Curię, *tit. de la declaracion, y aplicacion de arbitrios*, cuius autoritate supra num. 10. probaui Illustrissimam Congregationem, æqualem iurisdictionem habere, & plenam, vt ipsa Curia, vt sic non possit dubitari Illustrissimam Cõgregationem habere iurisdictionem sine recursu. Num. 30 CC

Quia hæc clausula pręstat iurisdictionem delegatam non ordinariam: *Menoch. de præsump. lib. 2. præsump. 16. nu. 28. Marques. de com. p. 1. pag. 64. nu. 226. & pag. 802. num. 325. Barb. in l. 12. in prin. nu. 35. ff. de iud. Monet. de com. vlt. volunt. c. 7. n. 141.* etiã si adiecta sit hæc clausula iudici ordina- Num. 31 DD

rio,

rio, in causa quę vt ordinarius poterat cognoscere, tunc enim ordinaria iurisdictio mutatur in delegata, *Menoch. de præsump.lib.2.præsump.16. nu.24. vers.non habet tamen locum, Barbos.de claus.claus.12.nu.3.*

Num.32 EE Hoc tollit in iurisdictione computatorum, & Illiustrissimæ Congregationis omnem dubitationem, vt præstita videatur delegata iurisdictio: *Menoch. d.nu.24. præsum.16. lib.2. Barb.cla.12.nu.2.*

Num.33 FF Et in Illustrisima Congregatione, vt sit iudex delegatus Regis, & Curiæ, vlterius, habet ex alijs iurisdictionem delegatam. Primo, ex subiecta materia in qua tribuitur iurisdictio, quæ ad solum Regem non pertinet, sed ad ipsum, & Regnum, vt est administratio, & distributio generalitatuũ Regni, augendo, & diminuendo contributiones vniuersitatuum illius, quod est de reseruatis Curiæ, *Mol.in verb. libertates, fol.209.col.1.ver.libertati*, hæc autem subiecta materia facit, vt data sit iurisdictio delegata, vt latissimè ostendit *Menoch.lib.2.præsump.16.nu.1. & 2.* etiam si iurisdictio tribuatur a legę, nam semper ex subiecta materia interpretatur delegata. Secundo, quia iurisdictio tributa Illustrisimæ Congregationi est temporalis, & ex eo intelligitur delegata: *Menoch.d.præsump.16.nu.16.ex tex.in l.iuditium soluitur, ff.de iudit.* Tertio, quia iurisdictio tribuitur ad certum genus causarũ, quo in casu, cum certũ genus causarũ comittitur illa natura iurisdictionis ordinariæ immutatur in delegatam, sic tenet *Bartol.in l.more, nu.8.vers. si vere hoc, ff.de iurisdict.omn.iud. & in l.1.in fin.C.vbi apud quem Baptist. ad l. Seuerin.in d.l.more, nu.26. Decius, nu.35. Purpur.50.* quos refert *Menoch. d.præsum.16.n.31.vsq; ad 35.* Tandem vt solum iurisdictio delegata, data sit Illustrisimę Congregationi facit, quod ei data est iurisdictio administrandi bona generalitatuum, priuatiuè ad solos Diputatos, ex quo iurisdictio delegata videtur, sine recursu: *Pereg.in tract.de iurisdi.ordinaria, lib.1.n.19.fol.mihi 5. Menoch.lib.2.præsump. 18.nu.13. iuncto n.36.*

Felin.in c.cum ex officij,nu.24. Parif.ibi nu.26.de præfcriptionibus.

Difcurfus huius fundamenti ineuitabilis videtur, proceditque ęqualiter in fauorē iurifdictionis IlluftrifsimæCongregationis,vt ab eius fententia,& declaratione nulli liceat prouocare, nam actus Curiæ, quo ęrectum fuit hoc tribunal,fub tit. *de la declaracion, y aplicacion de arbitrios, y aumento de derechos*, vnicus eft ęqualiterq. præftat iurifdictionem,quo ad omnia in dicto actu Curiæ, contenta in verf. *y paralo fobredicho,& infrafcripto*: Ergo neceffario dicendum eft,quod ab omni declaratione Illuftrifsimæ Congregationis licet prouocare,fi a declaratione, & fententia data in caufa refactionis,cōductor generalitatuum poffet appellare,quia actus Curiæ qui continet,in fe vnum determinabile in dicto verf.ęqualiter determinare debet, quo ad omnes cafus iurifdictionis attributæ dictæ IlluftrifsimæCongregationi,fed a diftributione onerum,quæ imponuntur vniuerfitatibus ab ipfa Congregatione,nulla vniuerfitas poteft appellare ad Regem;ergo nec a fententia refactionis,conductor poterit prouocare,ne vna determinatio plura refpiciēs determinabilia diuerfimodè determinet ea,& vna,& eadem difpofitio diuerfo iure cēfeatur, quod eueniret fanè,fi iurifdictio tributa in dicto verf.*Y para lo fobredicho,e infrafcripto*,vno cafu intelligeretur,cum recurfu ad dominū Regem, & alio non.Quidquid enim virtute dicti actusCuriæ,fit ab Illuftrifsima Congregatione ab ipfa Curia, videtur factum, & habet vim legis,& fori,ex approbatione actus Curiæ prę dicti,vnde,à nulla declaratione facta ab Illuftrifsima Congregatione in diftributione pecunię generalitatuum,afignatione iurium ipfarum, fuo cafu aumento, & diminutione arrendationis generalis,aut in incidentibus,dependentibus, anexis,& conexis poterit haberi recurfus ad dominum Regem, nifi ad Curiam, vel computatores forales in fuis cafibus; quibus virtute dicti actus Curię tenentur Diputati, & perfonę nominatæ, reddere rationem adminiftrationis

Num.34 GG

Num.35 HH

nis,a quibus nullus datur recursus; ergo dicendum est, Illustrisimam Congregationem nullam habere iurisdictionem in quęstione, an sit, vel non, facienda refactio conductori generalitatuum, quo casu ex in obseruantia pacti contractus non potest appellari, ex tradd. a D. Philippo Gazo, vel si aliquam habet eam exercet virtute dictus actus Curię, vt sentit dubium secundum, vt sic non liceat prouocare.

Num.36 Vis huius argumenti negari non potest in iurisdictione
II Illustrisimę Congregationi, concessa in administratione iurium generalitatuum, quæ cum non pertineat ad dominum Regem, nec ad eius ministros, ea ratione non poterit manus imponere (licet sit superior) cum ad eum non pertineat administratio iurium generalitatuum, quę priuatiuè commissa est Diputatis per dictum actum Curię, in casibus in eo expresis, vt probatur eleganter ex *Menoch.lib.2.præsump.18.nu.12.& nu.13. Angel.in l.1.C. vbi apud quem in integrum restitutio petenda sit, Barbat. cons.59. col.3. lib.5. Felin.in cap.pastoralis, col.2. vers. limit. tertio, de offi. ordi. Beroi.cons.22.n.28.lib.1. Rip.in tract.de peste, tit.de præser. rem.cont.pest.n.62. & probatur expressè in d.c. Pastoralis, & in c.venerabilis de sent.excom.in 6.* qui omnes affirmãt, quod quando (vt in dicto actu Curię, *tit. de la aplicacion de arbitrios, &c.*) alicui Magistratu tribuitur iurisdictio, circa aliquod causarũ genus est confessa priuatiuè, quod procedit, maximè, quando iurisdictio tribuitur in casibus personis, aut in materia in qua alij Iudices, & Magistratus iurisdictionem non habent, tunc enim sine dubio iurisdictio conceditur priuatiuè, vt solus hij Magistratus de nouo creatus posit cognoscere, & rectè quidem, cum omnis dispositio, a subiecta materia declarationem recipiat: vt punctim in materia pluribus relatis refert *Menoc.præsu.16. n.2. lib.2.* Sed materia subiecta, in qua datur iurisdictio Illustrisimę Congregationi est talis; cum administratio, priuatiuè pertineat ad Regem, & Regnum; ergo ex eo declaratur iurisdictionem,

ctionem, esse concessam priuatiuè ad omnes Iudices.

¶ Minor, quod scilicet subiecta materia sit exēpta, & talis quę nō pertineat ad Iudices ordinarios, dixi sup. sub lit. FF. Num. 37
Ex quo necessario infertur, non posse dari recursum à sentētijs, & declarationibus Illustrissimæ Cōgregationis, nam is est effectus qui oritur, ex eo quod iurisdictio sit priuatiuè concessa: vt tenet *Menoch. d. lib. 2. præsump.* 18. *n.* 36. vt non detur recursus, quia si daretur iam non priuatiuè eo cognosceret, vt obseruat doctis. *Casanat. in quadam alleg. typis tradditа in fauorem Didaci Marin, & Brauli la Muela*, vbi tractando illam quæstionem, an liceat haberi recursus à sententijs interlocutorijs, in prouisione iurisfirmæ reuocatione, aut confirmatione? Resoluit, appellationem non esse admittendam, cū *Bard. in rub. de officio Iust. Arag. q.* 5. *vers. & in omnibus, fol.* 102. ratione sequentibus verbis explicata, ibi: *Primo, quia Curia cognoscit priuatiuè ad omnes alios de iurisfirmis, & de contraforis factis, vel faciendis, ideoq; a principali, & ab accessorijs omnibus, denegari debet recursus, etiam si in foro id expressum non sit, vt in processu pendonum manifestationis personæ, & alijs, quia si daretur recursus, iam non priuatiuè cognosceret.*

Priuilegium hoc summi ponderis est, ex eo enim necessario colligitur, Dominum Regem, & Curiam Iustitiæ Aragonum, non posse cognoscere, nec iudicare causam, cuius executio sit facienda in pecunijs, & bonis generalitatuum, excepta causa cēsualium, quæ sunt imposita per Curiam generalem, vt innuit dictus actus Curiæ, ibi: *excepto que los censales, &c.* quæ quidem exceptio in contrarium firmat regulam, *l. quæsitum, §. deniq; ff. de fund. instruct. glos. in rub. ff. de reg. iur. in 6. Bart. in l. 1. in fin. vbi Decius nu.* 20. *Cagnol. nu.* 34. *ff. de reg. iur. Alex. cons.* 107. *num.* 2. *lib.* 1. plures *Barb. axio.* 85. *num.* 4. vt meritò posit dici extra illum casum bona, & pecuniæ generalitatuum, non posse executari, neq. iurisdictioni Regis subijci, vnde extra dictum casum Num. 38 KK

ex contractibus per Diputatos celebratis, nulla potest nasci actio experiendi coram Iudicibus alijs, quam ipsis Diputatis (qui in hoc casu sunt Iudices ipsius Regni in causa propria) Primò, ne sic veniamus ad executionem prohibitam, contra regulam *tex. in l. oratio, ff. de sponsa. l. pupilus, §. sed si per interpositam, ff. de auth. tutor. cap. præterea, de offi. delegati*, cum alijs relatis a *Barbos. axiom.* 193. *num.* 3. *Menochi. cons.* 116. *nu.* 15. *Mascar. de probat. concl.* 102. Secundò, quia Iudex non potest cognoscere, circa res, & personas, in quibus sua sententia executioni mandari non potest, sic enim sententia redderetur illussoria, cum non posit executioni mandari ex dicto actu Curiæ, *tit. exempcion de las pecunias de las generalidades, è de los processos, è escrituras estantes en la Diputacion, fol.* 65. ex quo deprehenditur, taliter esse exceptas pecunias generalitatuũ, vt nullus aliàs Iudex cõpetens, posit eas executare, manifestare, &c. præter quam in casu ibi exceptuato, extra quem omnis sententia Iudicis, aliàs competentis obediri non debet, ibi: *Sin se pena no obedecer.*

Num. 39 LL Vnde nulla Domini Regis sententia, non solum in pecunijs generalitatuũ, verũ, nec in ipsis Diputatis poterit executioni mandari, quia gaudent eodem priuilegio, quo generalitatuum pecuniæ, *ex d. l. si pater, cum alijs.* Ex quo necessario fatendum est (cui addendus est, hodie casus actus Curiæ, tit. *de la oferta del seruicio, anni* 1626. ex identitate rationis) in Domini Regis ministris, nullam esse iurisdictionem in pecunijs generalitatuum, & in ipsis Diputatis; nisi in Curia Iustitiæ Aragonum ad eos puniendos, vt officiales delinquentes; extra casum dicti actus Curiæ, tit. *exempcion de las pecunias.*

Num. 40 MM Melius tamen probat, & demõstrat vim huius obseruãtiæ, idem *Ludouicus Martinez, in causa Proregis extranei, nu.* 748. vbi pluribus relatis declarat effectum obseruantiæ subsecutę. Hæc tamen obseruantia subsecuta post dictum actum Curiæ, *tit. de la declaracion de arbitrios*, stat in fauorem

rem Illustrissimæ Congregationis, ad probandum specificè, qualiter sit obseruata eius iurisdictio, in casibus dicti actus Curiæ, nunquam enim visum est, nec auditum prouocatum fuisse a declaratione aliqua facta a prędicta Illustrissima Congregatione, quæ quidem obseruantia cum declaratiua sit legis sufficit, si semel fuerit subsecuta: *Sess. decis. 260. nu. 23. Crauet. cons. 101. nu. 4. Honded. cons. 84. nu. 75. vol. 2. & cons. 92. nu. 27. vol. 1. Aymon de antiq. temp. 1. p. vers. 4. limitat. nu. 17. & 18.* Ideoq; cõmuniter dicitur apud DD. quod obseruantia daclaratiua non indiget præscriptione, sed sat est, ita esse obseruatum, *Nata cons. 406. nu. 27.* latissimè plures referens *Ludoui. conc. 38. vers. ampliatur primo, & ver. qui omnes.*

Occasione huius elegantissimè rationis, agitur in hac additione de priuilegio materiæ, in qua Illustrissima Congregatio suam exercet potestatem, & iurisdictionem; nam si materia est eius speciei, & qualitatis, vt nõ sit de iurisdictione Regis solius, sed ipsius, & totius Curiæ, taliter erit iurisdictio priuilegiata, vt a declaratione facta illius virtute, & potestate, prouocare non liceat prætextu iniustitiæ, aut nullitatis, nisi ad dominum Regem, & Curiam, vel ad eum ad quem non creato magistrato Illustrissimæ Congregationis, iuxta dispositiones forales pertineret, iurisdictio, & potestas in dicta materia. Sed omnia commissa a Curia generali Diputatis, & personis nominatis, sunt eius qualitatis materiæ, quę nõ pertinet ad dominum Regem solum, nec eius ministros: sed ad ipsum, & Curiam, vel ad Diputatos; ergo de gestis, ab illis ad solam Curiam, cuius sunt creaturæ poterit haberi recursus. Num. 41 NN

Minor propositio probatur, nam in dicto actu Curiæ, sępè repetito, *de la declaracion, y aplicacion de arbitrios,* Illustrissimæ Cõgregationi tribuitur potestas faciendi compotum iurium generalitatuum, & compartimenta onerum vniuersitatuum, ad solutionem offertæ, & facultas cõpellendi ipsas vniuersitates ad solutionem onerum, quæ ab ea fuerint Num. 42

rint aſignata, & arrendandi, & adminiſtrandi iura generalitatuum. Sed hæc nõ pertinẽt Regi ſoli, ſed ipſi, & Curiæ: ergo neq. cognitis ſuper his, ad Regẽ ſolùm poterit pertinere. Nõ facultas imponendi cõpartimenta, quia vt ſupra dixi in gloſ. ſub lit. FF. n. 33. pertinet ad Curiã, in quo conſiſtit vna ex libertatibus Regni, ſecundũ quam dñus Rex, aut eius locũtenens generalis, nec primogenitus domini Regis, nec ipſi Diputati nõ poſſunt imponere noua in ſolita, & in aſſueta onera iura collectas, ſeu cõpartimenta noua, nec aſſueta augere, niſi cum conſenſu totius Curiæ, vt in foro *Taſia, de cõ ſeruat. patrimonij*, *Moli. in verb. libertas, fol.* 209. *col.* 1. Non etiam facultas adminiſtrandi generalitates Regni, quia hæc non ad Regis miniſtros, ſed ad ipſam Curiam generalem, vel Diputatos pertinet; ergo tota materia in qua datur iuriſdictio Illuſtriſsimæ Congregationi eſt priuilegiata, vt ſic procedat, & militet ratio; qua in præſenti arguit Ludouicus Martinez in fauorẽ illius, vt ſic ab eius ſententijs declarationibus, & factis non liceat prouocare ad dñum Regẽ ſolum.

Num. 43 Prædicta confirmantur ſequenti conſideratione, quia in præſenti declaratio Illuſtriſsimæ Congregationis in materia refactionis eius qualitatis eſt, vt neceſſario attingat ea, quæ ſunt reſeruata domino Regi, & Curiæ, ex eius enim conceſsione deueniẽdum, eſt neceſſario ad augmentũ onerum vniuerſitatuũ, & ad imponenda noua compartimenta ipſis vniuerſitatibus, quare ab ea nullus poterit dari recurſus, tanquam ab incidenti qui tangit cauſam principalẽ, à qua non licet appellare ſecundum ſententiam, *Bald. & Salicet. in l. vnic. C. ſi de momentanea poſſeſsione*, *Angel. in l. vltim. §. penult. ff. de appellat. Zucard. in l. fin. C. de edict. Diui Adriani Tolend. nu.* 439. *verſ. & ex hac infero*, *Menoch. de adipiſ. poſſ. rem. rem.* 4. *nu.* 820. *verſ. extenditur hac doctrina.*

Num. 44 Nec huic reſolutioni obſtat regula generalis, quod ab omnibus iudicibus eſt permiſſa appellatio, ſi non reperiatur expreſsè prohibita, *gloſ. in l. qui reſtituere, ff. de rei*

vindicat.

vindicat.cap.omnis,cap.ad Romanum 2.q.6.Rim.iun.conſ. 387.nu.43.lib.4. Roland.conſ.18.col.1.lib.3. Marant.de appellat.nu.247.Surd.conſ.163.n.4.& 271.n.17.lib.1. Quia multipliciter reſpõditur. Primo,quia ea regula procedit iuxta regulas appellationis in appellatione interpoſita, ad ſuperiorem,is autem non eſt dominus Rex ſolus, ſed ipſæ, & Curia,reſpectu Diputatorum,computatorum,& Illuſtriſsimæ Congregationis,cum illorum iuriſdictio ſit æqualis ei, quam habet dominus Rex, & Curia, nam ſunt creaturæ illius,vt dicebat Martin.vbi ſup.num.15.

Secundo reſpondetur, non procedere in ſententia, quæ Num.45 neceſſario tangit cauſam principalem,reſeruatãq;Curię generali,nam cum huius reſpectu nullam habeant iuriſdictionem iudices alij, ſed ſola Curia iudicabitur iudex huius cauſæ,delegatus ipſius Curiæ (qualis eſt Illuſtriſsima Congregatio) cum iuriſdictione priuatiua ad alios , vt ſic alius manus imponere non poſsit, quam ipſa Curia , iuxta ſupra relatam doctrinam *Menoch.d.lib.2.præſump.18.nu.13.*ea nãq.ratione,non poterit alius iudex,quã ſuperior cognoſcere de cauſa quæ neceſſario tangit, vel offendit cauſam reſeruatam a qua nulla datur appellatio.Cum ergo cõceſſa refactione(ponamus per Regios miniſtros)neceſſario, & inſequęlam executionis ſententiæ refactionis noua, ſint imponenda,vel augenda iura,nouumq; faciendum compartimentũ inter ipſas vniuerſitates Regni,iam in manibus ipſorum erit,poteſtas imponendi ſiſſas,oneraq; vniuerſitatibus contra libertatesRegni,poteruntq; in dubie per indirectum quòd eis eſt negatum directè,cõtra *tex.in l.Seius, & Augerius,vbi Bart.ff.ad legem falcid.l.ſcire opportet,§.ſi mater ff.de tutor.& curator.dat.capite cum quid,vbi Dinus extra de reg.iur.in 6.*Menoch.*lib.4.præſump.189.nu.28. Surd. deciſ.21.nu.4.*quod fieri non debet imo omni cura,& vigilantia curandum eſt,vt ſola Curia generalis,aut ab ea delegatus poſsit eſſe iudex,in cauſa refactionis , cum per eius conceſſionem,neceſſario ſit veniendum ad nouas ſiſſas comparti-

menta, & contributiones vniuersitatuum, quæ a sola Curia possunt imponi, & eius autoritate, & iurisdictione delegata, ab Illustrissima Congregatione, vt sic ab eius declaratione non liceat prouocare, nisi ad Regem, & Curiam generalem.

Num.46 Hæc responsio difficultati, & instantiæ ad tollendam appellationem in præsenti declaratione refactionis, eo quod tangit causam principalem reseruatam Curiæ generali, confirmatur sequēti consideratione. Certissimum est, iuxta foros huius Regni, quod a prouisione confirmatione, & reuocatione iurisfirmę non licet appellari, vt cabetur in *For. de voluntad de la Corte, tit. de Officio Iustitiæ Aragonum, fol.*23. Dubitant foristæ an liceat appellare in causis firmarū, ab alijs interlocutorijs, & ex quo in eis non est expresse prohibita appellatio. Videbatur dicēdum esse licitam, iuxta regulam *tex. in d.l. qui restituere cum alij in argumento adductis.* Quibus non obstantibus contrarium resoluit *Bardaxi, in rub. de offi. Iustitiæ Aragonū, n.5. q.5. ver. & in omnibus casibus,* vbi refert omnes casus in quibus priuatiuè, & sine recursu cognoscit Curia domini Iustitię Aragonum, & inter alios refert, casum prouisionis, reuocationis, & confirmationis iurisfirmę grauaminum fiendorum, & postea ponitur regulam generalem, quod in omnibus casibus supra dictis, in quibus non habetur recursus, à principali, sic nec ab accessorijs, ea ratione, quia priuilegiata causa principali, quoad recursum, vel appellationem, censetur priuilegiati omnes eius articuli, & causæ, dependentes, & emergentes, *Molin. verb. appellatio, vers. appellari non potest, fol.* 17. *col.*3. *verb. executio, vers. executio sententiæ,* latè *fol.* 129. *col.* 1. *& in vers. sed quæro, fol.* 130. *col.* 3. *vers. expensæ, vers. die 7. Septemb. fol.*135. *col.* 1. *verb. priuilegium, vers. priuilegiata executione, fol.*264. *col.*2. *Portol. verb. appellatio, n.*6. *verb. executio, nu.*52. *Sesse de inhib. c.*4. *§.*2. *nu.*37.

Num.47 Ludouicus verò Casanate, in dicta allegatione pro Didaco Marin, & Braulio la Muela, distinguendum existimat,

an articulus incidens, & emergens, quoquo modo tangat, vel respiciat causam principalem, in qua appellatio interponi, non potest, nec ne; nam si non tangant, nec habeant vllam connexionem cum causa principali, tunc poterunt procedere sub distinctiones, ab *Abbate, Decio, & alij, in c. Pastoralis, de appellationibus*, & faciliùs poterunt admitti, quæ pro ratione dubitandi fuerunt adducta. Si verò tangit negotium principali, aut cum eo habet aliquam connexionem, & dependentiam, tunc concors est sententia, & limitatio, quod si non procedit appellatio à principalis decisione causę censetur, esse prohibita ab alia quoquo modo tangat causam principalem: ex supradictis nu. 42. & 43. *ex Bal. Salice. Zucar.* & *Menoc.* ex qua distinctione infert qualiter sint intelligenda, relata *à Sesse de inhib. c. 3. §. 4. pag.* 218. dum dicit, posse appellari ab omni sententia in his iurisfirmis grauami. fiendorũ, nam si intelligatur de sententia, quæ necessario tãgit causam principalem, id nedum erit falsum, & iuri communi contrarium, immo erroneum, & contra notissimam praxim quotidiè obseruatam, in declarationibus firmarum, à quibus nunquam fuit facta, nec permissa appellatio. Si verò intelligatur de sententia, seu declaratione, quę non tangit negotium principale, veluti circa suspiciones salaria Iudicum, Aduocatorum, vel alia huiusmodi, tunc facilius posset admitti.

Ex quibus obiter declaratur, in quibus casibus possit haberi recursus à sententijs Diputatorũ (ad declarationẽ additionis à me obseruatę supra lit. Q. n. 20.) quando scilicet cognoscunt de aliqua causa, quę non tangit, nec habet aliquam connexionem necessariam, nec aliquo modo pertinent, nec tangunt casus, in quibus secũdum foros, aut actus Curiarum possunt cognoscere Diputati, vt sunt salaria Aduocatorum, suspiciones Iudicum, eorumq. taxationes, & alia similia in his, enim faciliùs poterit admitti recursus, cum prohibitio appellationis actuum Curiarum, solum comprehendat causas, in quibus ipsi Diputati habent cognitionem Num. 48

ex

ex vi literę, quę eleganti ratione extenditur ad casus, & causas incidentes, & emergentes, causam principalem à qua appellatio est prohibita, quomodocumq. comprehendentes, aut tangentes: ex elegante distinctione doctissimi Ludouici de Casanate, vbi sup. considerata. Cui non obstat, si dicatur prędictam distinctionem procedere in incidente, emergenteve articulo eiusdem causę principalis, tunc enim tanquam accessorius debet participare naturam principalis, ex *Bardax. d. q. 5. vers. & in omnibus supradictis*: non verò in causa, & iudicio distincto, & separato, & de per se, stãte principaliter, & non accessoriè ad aliud. Quia respõdetur, quod vis non tam stat in eo, quod articulus, & causa sit incidens, & accessoria, alterius in qua non licet appellari, quam in eo quod tangat necessario casum, in quo nõ licet prouocare.

Num. 49 Tunc autem dicitur vna sententia alia tangere, quando executione vnius sententię alia offenditur, aut alteratur, vt euenit in sentẽtia cõcedens refactionẽ; nam per hanc offenditur, & alteratur alia declaratio ab Illustrissima Cõgregatione facta, circa cõpartimenta onerũ vniuersitatuũ, quę cum mutari non possit, dicta onera, augendo, nec diminuendo, nisi ab Illustrissima Congregatione, sic ab ea sola, eiusque suprema iurisdictione poterit negari, aut cõcedi. Cuius fundamentalis ratio est, quia quando aliquid est prohibitum, alicui, est etiam prohibitum id omne, ex quo necessario ad prohibitum deuenitur. Ex reg. *tex. in l. oratio, ff. de Sponsal. l. pupilus, §. sed si per interpositam, ff. de auth. tutor. l. eos in fin. C. de vsuris*, *Mascard. de probat. concl.* 102. *per totam*, & punctim in materia iurisdictionis, ad cognoscendum iurisdictionis terminum: notat *Bart. in l. 2. ff. de iurisdict. omnium iudicum*, & antea *in l. ambiciosa, num.* 22. *ff. de decretis ab origine faciendis.*

Num. 50 Quemadmodũ enim prohibita alienatione rei existimatur, etiã prohibitus actus, ex quo possit, aut debeat siqui alienatio, *c. 1. §. fin. de inuesti. de re aliena facienda, glos. in l. si ita quis, §. ea lege, & in verb. interest de verb. obligat. quam ibi*

Bald.

*Bald.*notat *Franciſcus Aretin.poſt princip.verſ.in gloſ.poſſita, & idem Bald.in l. quoties, nu.* 1. *C. de fideicom. & in auth.preterea,nu.*5*.C.vnde vir, & vxor, & in l.*1*. nu.*8*. in fin.C.de inoſ.dot. & in cap.qualiter in fin.de pactis remiſiuè, Portol.de conſ.c.*12*.nu.*7*.Pinel.in l.*1*.p.*3*. a nu.*18*. cum ſeqq. C.de bon.mater. Rodeanus,in tract.de reb.Eccleſ. non alien. fol.*3*.n.*2*. & ſeq.Simonel.de decretis,lib.*2*.tit.*5*.fol.*69*.Couar. lib.*2*.vari.c.*16*. Menoch. de arbit. caſu* 171. Pariter, & etiam cum nō ſit in poteſtate Dñi Regis,neq;eius locumtenentis, aut primogeniti,nec Regni ſolius,imponere habitatoribus Regni,noua inſolita,&in aſſueta onera,iura,collectas,impoſitiones, ſiue compartimenta, ſed imo Regi, & Curiæ, ſit reuocata hæc facultas, & iuriſdictio, vt tenet *Mol. in d.verb. libertates Regni*: non poterit cognoſcere, nec proferre ſententiam in cauſa refactionis,cum ex eius conceſsione neceſſario Illuſtriſsima Congregatio, teneatur augere onera, ſeu compartimenta illorum aſignata vniuerſitatibus, virtute iuriſdictionis ei attributæ in d.actu Curiæ, *de la declaracion de arbitrios,anni* 1626.

Ex quo neceſſario ſequitur, priuatiuè competere Deputatis, & perſonis nominatis in dicto actu Curiæ, facultas, & iuriſdictio in cauſa refactionis, vt ſic a declaratione illorum prouocare nō liceat, quod cū nō neguet ipſe Didacus Sanez de Villanueua (imo id fateri videtur in cedula oblata coram Illuſtriſsima Congregatione) non video, quo titulo ſit hæc prouocatio facta, quæ etiam virtute pacti ſpecialis in conductione generalitatuum adhibiti, fieri non potuit. Num.51

Tandem ſummitur argumentū vrgentiſsimum ex ratione primi dubij (ſi ea procederet) quatenus dixit conſtare de qualitate conductoris in Didaco Sanez de Villanueua, ex illius ſola aſſertione, quia erat notoria ipſę Illuſtriſsimę Congregationi, cuius notorietatis ratio ſtat in eo, quod contractus conductionis erat celebratus, & conuentus inter eam, & dictum Didacum Sanez de Villanueua: ſed hæc ratio pariformiter vrget contra eum, reſpectu pactorum, & ſignanter Num.52

ter

ter illius, quo promisit stare declarationi Illustrissimæ Con gregationis, ad traddit. *à Carro. de iuram. decissor. q. 5. nonnè q. prin. nu. 5.* ergo ex hoc fundamento apparet, non posse à declaratione in causa refactionis appellare, cum appellatio possit tolli per pactum, *ex Monter. decis. 8. nu. 23.*

Num. 53 Nec obstat, quia in hoc casu non potest negari appellatio, seu saltim recursus per reductionem ad arbitrium boni viri: *ex Nata cons. 450. nu. 9.* qui sublatus non censetur per tale pactum, ex relatis a *Bart. in l. 1. §. plures, num. 10. ff. de exercit. action. Gutier. de iur. confirmatorio, p. 1. c. 37. nu. 17. Scaccia. de appell. q. 17. lim. 14. nu. 2. Cancer, lib. 1. var. cap. 21. Carroz. vbi sup. nu. 23.* Quia respondetur multipliciter. Primò, quia hęc redductio ad arbitriū boni viri, nō procedit in hoc Regno, ex relatis *a Molin. verb. Arbiter, fol. 42. col. 1. Portol. ibid. num. 1.* Secundò, quia pactum, *de estar a la declaracion de la Iunta*, non continet aliquid contra ius naturale, nec diuinum, ideoq; sine distinctione est seruandum, *Portol. verb. instrumentum, nu. 68.* & in specie nu. 94. & 95. imo pactum innitum inter Didacū Sanez, & Illustrissimam Congregationem, non solùm non continet aliquid contra ius naturale, nec foros, sed est conforme foris, & actibus Curiæ, secundum quos in casibus in quibus cognoscūt Diputati non est locus appellatio, & si dicatur quod eo casu solùm est sublata appellatio, quo ad effectum suspensiuū (quod nego ex dictis *in glo. sub lit. Q.*) Respōdetur, quod eo casu, vt pactum aliquid operetur est interpretandum, vt tolat appellationem, quoad vtrumq. effectum suspensiuum, & deuolutiuum, *Negus. in tract. de pig. memb. 1. p. 8. pag. 176. Ioseph. Ludouic. decis. 20. nu. 22. in p. 1.* plures refert *Portol. verb. Deputati, nu. 27.*

Num. 54 Tertiò respondetur, quod si hæc reductio haberet locum in hoc Regno (quod semper nego salua censura) non posit peti in hac Regia Audientia, quia in causa refactionis, non est iudex competens, ex supradictis num. 36. & talis reductio est petenda coram iudice causæ cōpetente, *Tesaur.*

decis.

decis.14.*nu*.5.quia cum reductio ad arbitrium boni viri petitur causa in præstinum statum reducitur; vnde illæ non poterit esse iudex reductionis, qui alias in causa cognoscere non potest, in prima instantia, *ex dictis a Martinez*, *sup. nu*.14. & probat punctim *Tesaur.d.decis*.14.*n*.5. vnde cum Regia Audientia in prima instantia non poterat cognoscere de causis cõmissis Illustrissimæ Congregationi, vt supra dixi num.33. & signanter in refactione, vt nu.43. meritò non poterit hæc reductio peti in hac Regia Audientia.

Deniq.cum Diputati, & nominati faciant Illustrissimum Senatum, Principem, & Curiam generalem representantem sententia, ab eo lata ad arbitrium boni viri, reduci non poterit, nisi a Principe, & Curia generali: *ex Anton.Tesaur.decis*. 14.*nu*.10. Ex quibus omnibus concluditur necessario a declaratione ab Illustrissima facta prouocari non posse Didacum Sanez, siue propria iurisdictione pronuntiauerit, siue æquali ei, quam Regni Diputati habent, iuxta dispositiones forales in his quæ ad eos pertinent: ex quibus dubio secũdo videtur satisfactum, restat tertium, quod hic se habet. Num.55

Dubium tertium.

RVrsus facilè ex voluntate dicti Didaci Sanez, potuit iurisdictio prorrogari, vt Illustrissima Congregatio iudicis partibus, quoad refactionem fungeretur. Unde autem, quia informari nolluit, quasi a denegatione iustitiæ: aut quia extra processum pronuntiauit, in vim nullitatis, & in iustitiæ ritè, & rectè pronuntiatum esse, non leuiter dicendum videtur.

RESPVESTA.

CErtè vt Illustrissima Congregatio iudicis partibus fungeretur, prorrogatio necessaria non erat, cum ex dispositione forali habeat eam priuilegiatam æqualemq. ei, quam habet Dominus Rex, & Curia generalis, cuius est creatura in his quæ ei sunt commissa in dicto actu Curiæ *de la declaracion, y aplicacion de arbitrios*, *&c.* Sed in casu præsenti Num.56

plus-

